

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

Sepius quidem contingit. ut per ordinationem
preposti scandala grauia in monasteriis oriantur.
dum sint aliqui maligno spiritu superbie inflati estimantes
se sedis abbates esse. assumentes sibi tyrannidem scandala
nutriunt. et dissensiones in congregatione faciunt. et maxi-
me in illis locis ubi ab eodem sacerdote. uel ab eis abbatibus
qui abbatem ordinant. ab ipsis etiam et prepositus ordina-
tur. Quod quam sit absurdum facile aduertitur. quia ab
ipso initio ordinationis. materia ei datur superbiendi.
dum ei suggeritur a cogitationibus suis. exutum eum esse
a potestate abbatis sui. quia ab ipsis ordinatus est. a quibus
et abbas. Hinc suscitantur inuidie. ire. rixe. detractiones.
emulationes. dissensiones. exordinationes. ut dum contra-
ria sibi abbas prepositusque sentiunt et ipsorum necesse est sub
hac dissensione animas periclitari et hii qui sub ipsis sunt
dum adulantur partibus eunt in perditionem. Cuius peri-
culi malum illis respicit in capite. qui talibus in ordinatione
se fecerunt auctores. Ideo nos preuidemus expedire propter pa-
cis caritatisque custodiam. in abbatis pendere arbitrio. ordi-
nationem monasterii sui. Et si potest fieri perdecanos ordine-
tur ut ante disposuimus. omnis utilitas monasterii. pro-
ut abbas disposuerit. ut dum pluribus committitur. unus
non superbiat. Quod si aut locus expetit. aut congregatio
petierit rationabiliter cum humilitate. et abbas iudicauerit
expedire. quemcumque elegerit cum consilio fratrum timentium
deum. ordinet ipse sibi prepositum. Qui tamen prepositus
illa agat cum reuerentia. que ab abbate suo ei iniuncta fue-
rint. nichil contra abbatis uoluntatem et ordinationem

Diuisio

+ Diuisio